IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 145v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



morientes impenitentes vt disperderem de societate sanctorum omnes operantes iniquitatem permanentes in volutate peccandi et mittam eos in ignem eternum

Ps. 101 In quo monet omnes aduertere suam miseriam et petere dei misericordiam

Ex persona penitentis

Domine exaudi orationem meam et clamor meus quia de toto corde profertur acceptus coram te veniat

Ne auertas faciem tuam a me penitente despiciendo penitentiam meam in quacumque die tribulor inclina michi humili aurem clementie tue

In quacumque die inuocauero te ne differas exaudire me opus est domine ut exaudias Quia defecerunt sicut fumus qui cito et cito disparent dies mei quia michi vere nichil utilitatis attulerunt Item propter hoc opus est quia anime mee vires ab omni humore deuocionis desiccate tamquam cremium aruerunt

Percussus sum a malo falcatore scilicet dyabolo ut fenum quod ad ardorem solis cito siccatur aruit cor meum sterilitate peccati quia oblitus sum me reficere contemplacione dei mei qui uite panis est

Propter nimium gemitum meum et afflicionem quam sumpsi pro peccatis meis ita exsiccatus sum quod os meum cuti mee adhesit

Peccata mea considerans et dolens fugi aspectum hominum

Similis factus sum solitario sicut pellicanus amator solitudinis et factus sum quasi nocticorax inter parietes absconditus non ausus comparere

Vigilaui non potens dormire per anxietate animi et factus sum sicut passer solitarius in tecto

Tota die dolentem me sic de peccatis meis et penitentes